15 niē. ¶ †Nota vlterius etiā ex isto tex. in ver. cōstitutiones posteriores ostendunt et c. quod in cōstitutionibus vltima derogant prioribus: ita optime probat iste tex. et idē dicas esse i testamētis vt habetur in l. diuus. §. lz. ff. de iur. codi. l. si mihi et tibi. §. in legatis. ff. de leg. l. hac cōsultissima. §. si quis antea. C. de test. l. sancimus. eo. ti. l. iiij. in fi. ff. de adi. leg. idē dicas in legibus. l. nā et posteriores. ff. de legi. l. gnari. et aut. cassa. C. de sacrosan. ec. et in aut. sed nouo iure. C. de ser. fugi. Et idē dicas in cōtractibus. l. cū plures. §. locator horrei. ff. loc. l. cū hic status. §. presentia. ff. de do. inter vi. et vxo. et hr̄ i. l. ij. C. qn̄ lice. ab emp. disce. et i. l. sicut. C. de act. et obli. idē dicas in pactis. l. pacta nouissima. C. de pac. idē dicas in cōstitutiōe procuratoris. l. si quis cū procuratorio noie. in fi. ff. de procu. idē dicas in stipulationibus. l. q̄ his idez. ff.
16 de ver. obl. ¶ †Et idē procedit in statutis. nā vltimū tollit pmū: vt hr̄ per Bar. in l. cōstitu. codi. et per eūdē in l. et si certarum. §. fi. ff. de test. mi. et per Bald. in l. oēs populi. in xxj. col. ff. de iusti. et iu. et in c. de causis. de off. deleg. per Cy. in

l.j.in fi.C.de legi.z p Bar.post glo.in.l. cum proponas.C.de codicil.z in.l.non dubito.ff.de iur.fisci.z in.l.j.§.ne autē ff.de scdis tabu.z Bald.in.l.j.C.de edi. diui adri.tol.z per Ange.in.l.si miles. ff.ad.l.falc.z in.l.omniū.C.de test.z in auē.de heredi.z fal.§.inordinatum.et in.l.neq3.C.de cano.largi.lib.x.z in.l.i ciuile.ff.de legi.z habet p Bal.in.c.cū olim.de cōsue.z i.l.diximus.§.si duas. ff.de excu.tu.z p Gemi.in.c.j.in.ij.col. de iureiu.in.vj.z p Spe.in ti.de istru. edi.§.instrm.vsi.sed pone pducto: z p Pet.de an.i.c.canonū statuta.in.xiiij.
17 q.de cōsti. ¶ †Et idem dicas si sit vnū statutū hñs plura capitula contraria nā tūc stat vltio capitulo fm Ange.in l.i ciuile.ff.de legi.p id qd no.ibi gl.qd dictū refert z sequit.d.Alexā.in consi. suo.ccccl v.qd incip.viso z cōsiderato
18 zc.in.iiij.col.in fi. ¶ †Et idem etiā dicas in rescriptis q: vltimum derogat priori.c.ceterū.de rescrip.z in.c.si aūt. z in.c.ex parte.z i.c.plerūq3.vbi p doc.
19 de rescrip. ¶ †Et idē ēt dicas in legatis per tex.no.in.l.mella.post princi.ff. de ali.z ciba.lega.vbi in legato seu in pstatione legati attēditur vltimum tēpus quo testator prestabat legatū seu vltima pstatio quā ipse testator faciebat.Et adeo est hoc verū q in legatis vltima derogant priorib⁹: qd etiā hoc hz locū in legato dotis: z ideo si est factū legatū pro dote itelligit esse reuocatum tale legatū per vltimū testm̄.in quo factum est legatū pro eadē dote sine sit maioris quantitatis siue minoris.ita dicit Paul. de castr.in.l.lucius
20 titius.ff.de lega.ij. ¶ †Et vltra predicta pro hac regula q vltima derogant prioribus dicas qd talis regula etiam procedit in fama: q: vltima fama tollit priorem:ita dicit Lu.ro.in consi.suo ccxlj incip.spectabiles dñi collaterales zc.in.j.colū.alleg.l.mater.C.ne de sta.defūc.z.l.ij.ff.qs or.i bo.poss.seruetur zc.idē tenet.d.Phil.in.c.cū contin
21 gat.in.ij.col.de rescriptis. ¶ †Et idem etiā dicas esse in opinionib⁹ doctorū q vltima opinio censet approbata relictis seu reiectis alijs opinionib⁹ primo relatis.ita vt glo.cōiter approbata in.l.filium.§.sabinus.ff.ad trebel.z voluit Joā.and.in.c.j.de penis.in.vj. nouel.z i.c.iij.de sen.exc.eo.lib.z Bal. in auē.ex testō.in pn.C.de testa.z Alexan.in consi.lxxij.inci.inspecto.in vlti. col.in.j.vol.z in eodem vol.in cōsi.cxxj. incip.viso processu.in pe.col.z in cōsi. lxxvij.in.iij.co.inci.in cā.in.ij.parte cōsi.z i cōsi.clxiij.inci.viso zc.in.j.col.z in cōsi.cclij.inci.pclare zc.in fi.j.colū.z in cōsi.cccxcv.incip.cū dicat.in.ij.colū.et Sali.in.l.bonafides.i fi.ff.depositi.et Phi.i.c.cano.statuta.de cōsti.i vlt.col. de quo ēt p do.Frā.are.i cōsi.suo.clxiiij.inci.diligēter.i pn.vij.col ¶ Et idē ēt dicas in subastationibus: q: vltimus emēs rē i subastatione positā liberat pmū emptorē.ita singulr cōsuluit Bal. in quodā cōsi.suo inci.qdā titi⁹ de arimino zc.vbi dt q qñ vnus primo emit daciū positū ad incātū seu ad subastationē: z postea vnus alter vltio loco illudmet daciū emit in eodē incātu seu in eadē subastatione.si iste vltio emēs aufugit: q pm⁹ est liberat⁹: alle.tria iura.vc3.l.si stipulat⁹ est op⁹.ff.de fide iusso.z.l.cū in plures.§.l.dcā.ff.loc.z.l. valerian⁹.ff.de pto.stipula. Et idem firmat Pau.de ca.in.l.licitatio.i prin. ff.de publica.vbi ipse dt se recordari vidisse Bal.cōsulere p hac parte in ciuitate Arimini dū eēt papie: lz Bar.tenuerit cōtū.s.q p oblationem scdi primus nō sit liberat⁹ i.d.l.licitatio.i primis vbis p tex.in.l.sabin⁹.ff.de in diē adie. Et Bal.in.d.cōsi.rñdet ad.d.l.sabinus.z ēt ad.d.l.rñdet Pau.de cast.in d.l.licitatio.z ibi post Bal.facit quandā distinctionem. Et vltra Pau.de ca. ibi illud cōsi.Bal.contra Bar.in.d.licitatio refert z sequitur.d.Fran.de cre.i not.suo.xij.incip.tu scis zc. ¶ Nō dictam regulam in omnib⁹ casib⁹ predictis limita: vc3 qd vltima derogant prioribus generaliter istud tamē limitatur nisi vltima essent inualida vel minus legitima: q: tunc talia vltima non derogant prioribus cū non sint in

No.

ꝯsideratione: sed ꝑ nihilo reputant̄ f3 Pau. de ca. i. l. sancim⁹. i fi. C. de testa. ⁊ do. Phili. in. c. ex tenore. in. iiij. colum. de rescrip. ⁊ hr̄ i. l. quoties. ff. q̇ satisdare cog. in. l. scire oportet. §. sufficit. ff. ꝺ excu. tut. i. l. nō putauit. i §. nō q̇s. ff. ꝺ bo. pos. ꝯ tab. ⁊ in. l. si accusaturus. ff. ꝺ adul. ⁊ voluit glo. in. l. si pr̄. C. ne de statu defunc. vbi d. q lit. cōtest. nō rite facta nullū opat̄ effectū. ⁊ faciūt q̇ latissime dixi in cōsi. meo. xxj. inci. ipone. dn̄e sermonē ori meo ⁊c. in. j. car. vltra medium.

22 ¶ † Et aduertas inꝑtuz. ꝯ. dixi circa hāc regulā ꝙ vltia derogāt poribus i testamētis q̄ꝛ istud vex nisi i primo testō sit cl'a derogatoria ad posteriora testā q̇ nō sit reuocata i vltio testō: q̄ꝛ hoc casu vltimū testm̄ non tollit ꝑmū. de quo ꝑ Jo. de ana. i cōsi. lvj. incip. his q̇ in facto ⁊c. ⁊ in cōsi. lxij. incip. visis ⁊c. in. iij. col. ⁊ hr̄ ꝑ gl. ⁊ doc. i. c. j. de cōsti. in. vj. ⁊ ꝑ Bart. q̇ loquit̄ in statutis in. l. oēs populi. in. iiij. q. princ. ff. de iusti. ⁊ iu. ⁊ ibi ꝑ Moder. ⁊ maxime per do. Joan. bapt. de sancto seuerino in sua repe. ⁊ per do. Alexan. in consil. ccccl xix. inci. viso pūcto.

23 ¶ † Et inꝑtū dixi ꝙ hec regula hz locū ēt in ꝯctib⁹ intelligas hoc procedere in contractu nondū perfecto: q̄ꝛ tunc vltima derogāt prioribus. Secus autē in ꝯtractu ꝑfecto: q̄ꝛ tūc prim⁹ contract⁹ ꝑ scd̄m non mutatur nec alteratur. ita habet̄ ꝑ doc. in. d. iurib⁹. ꝯ. allega. circa materiā ꝯct⁹ ⁊ maxime in. d. l. ij. C. qn̄ li. ab emp. disce. et in. l. sicut. ff. de act. et ob.

24 ¶ † Scias tn̄ ꝙ vn⁹ est casus i ꝯctib⁹ i q̇ ēt i ꝯctu ꝑfecto vltima derogāt poribus. q̇ casus est qn̄ facta est emptio ⁊ vēditio: ⁊ ex oi parte ꝑfect⁹ est ipe ꝯctus: et postea dicta res vēdita semel iterū vendat̄. si iste scd̄s emptor primo accipiat possessionem dicte rei vēdite talis scd̄s emptor hn̄s possessionez dicte rei ꝑfert̄ primo emptori. iste est casus no. in. l. quoties. C. de rei vend. ⁊ ibi oēs scrib. de quo tex. locut⁹ sum in singulari meo. lxxxij. incip. volo tibi dare

25 ⁊c. vbi videas. ¶ † Quantū autem ad illud qd̄ dixi de statuto. ꝙ vltimū derogat priori. no. circa hoc ꝙ plura. Et primo dicas hic nō ꝓcedere vbi primum statutū esset spāle ⁊ scd̄z esset gn̄ale: q̄ꝛ tūc vltimū gn̄ale nō tollit ꝑmū spāle. ita hr̄ ꝑ Bar. ⁊ alios in. d. l. oēs populi. ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊ i. c. gn̄i ꝑ spēm. de regu. iu. in. vj. cū cōcor. ibi in gl. alle. ⁊ voluit late. d. Phil. in c. j. in. viij. col. de rescri. vbi plura ⁊ plura alleg. ⁊ Pau. de

26 ca. in. l. nō est dubiū. ff. de legi. ¶ † Itē scias etiā ꝙ vltimū statutū lz sit posteri⁹ tn̄ nō tollit primū nisi spāliter ⁊ expresse faciat mētionē de primo. ista est glo. singu. i cle. dudū. circa fi. in ꝟbo pacta. extra de sepul. ⁊ sic in nō solū attēdit̄ posteritas ad tollendū priora statuta s3 ēt necesse est vt ipm vltimū spāl'r ⁊ expresse faciat mētionē cū cl'a derogatiua de prio statuto. ⁊ illā gl. ad hoc ꝑ singulari alle. d. Alex. i ꝯsi. suo. cccclxix. inci. viso pūcto. in. iij. colū. vbi subdit ꝙ idē firmauit Lu. ro. i cōmēto. l. si ꝟo. §. ꝺ viro. i. xxiiij. fal. ff. so. ma. ⁊ dt̄ ꝙ ēt ad hoc qd̄ ipe Lu. ro. alle. gl. in. c. cū nō deceat. de ele. i vj. Et hāc ptē ēt firmat f3. d. Alex. i. d. ꝯsi. Arch. i. c. j. de cōsti. i. vj. vbi dixit ꝙ ad hoc vt pri. ꝑ suuz ꝑuilegiū vel statutū possit tollere aliꝺ statutū est necesse q̇ de eo faciat spālē ⁊ expressam mētionē. ⁊ dt̄ Arch. ita tenere Gof. i. c. ex tenore. de rescri. ꝑ q̇b⁹ facit. l. cū aq̄liana. c. l. q̇ cū tutorib⁹. ff. ꝺ trās. ⁊ alia ibi alle. d. Alexā. de quibus ibi ꝑ eū. ⁊ idē ēt firmat Barb. in consi. suo. incip. scripsit ecclesiastic⁹. in. j. col. qd̄ cōsi. est insertū inter ꝯsilia. d. Alex. in ordine meo. cccclxx. ⁊ ibi ꝑ hoc allegat bonū tex. quem dt̄ meliorē de iure in. l. fi. C. de indi. vidui. in versi. ne tn̄ q̇dam ambiguitas simplices aios moueat ēt expssim sancim⁹ legē muscellā ⁊c. quē tex. ad hoc scd̄m eū reputat singularē Ludo. ro. in repe. aut̄. sitr̄. C. ad. l. fal. ꝓpe finē. ⁊ alia etiā adduci. ibi ipse Barb. q̇ videas ꝑ te. Itē hanc partē etiā expsse firmat. d. Alex. i cōsi. suo ccccj. inci. visis dubitationib⁹ ⁊c. in. vj. ꝙ plura ad hoc allegat: de quib⁹ ibi ꝑ eū. ⁊ in consi. suo. cxliij. inci. viso ꝓcessu ⁊c. in vlti. col. in fi. in. v. vo. ⁊ do. Abba.

in ɔsi. suo. lj. incip. videt̃ pmo standum ꝛc. in. ij. col. versi. vj. adduco theoricam Bart. ꝛc. ꝛ. d. Alex. in. l. si mihi ꝛ tibi. §. i legatis. i fi. ff. de leg. j. ꝛ d hac materia vltra oẽs ꝛ vide. d. phi. in. c. nõnulli. in
27 v. ꝛ. vj. col. d rescrip. ¶ † Teneas etiã mẽti in materia ista ꝙ qñ duo statuta repiunt̃ ꝯria vltimũ nõ tollit primum qñ aliq̃ sub diuisiõe seu distinctiõe ambo iuuari possent ꝛ reduci ad ꝯcordiã: ita no. dt Bar. in. d. l. oẽs populi. in. ix. col. ver. circa ꝗrtũ. ꝛ ibi. d. Joã. bap. de sctõ seue. referẽs ꝛ sequẽs eũ in. vj. col. in ver. adducit rõnẽ ꝛc. alleg. Bart. ad hoc tex. in. §. q̃b⁹. i. j. ɔsti. codicis. in ꝟ. nisi aliq̃ sub diuisione adiuuent̃ ꝛ. l. j. i arg. C. de inoffi. do. ꝛ idẽ firmare vr̃. d. Alex. in. d. l. oẽs ppl̃i. i suis additionib⁹
28 ad Bar. in. d. versi. circa. iiij. ¶ † Scias etiã aliõ vez ꝙ qñ duo statuta sunt cõtraria vltimũ tollit pmũ qñ expsse facit mẽtionẽ d pmo. vt. s̃. dixi itellige h qd tollit pmũ. istd est vex solũ i illa pte vbi repit̃ eẽ ꝯriũ vltio sz i aliis suis ptib⁹ in qb⁹ nõ repit̃ esse ꝯ vltimũ nõ intelligit̃ eẽ sublatũ nec ei piudicare in aliq̃: sz remanet firmũ ꝛ validũ. ita pbat tex. mi..um no. in. l. vnica. in ꝟ. qtũ in ea pte. C. de latina liber. tol. p quẽ tex. dt ibi Bal. nota. ꝙ clausula derogatoria seu reuocatoria legis vel statuti ꝯriũ reuocat eatenus quaten⁹ repugnãs reperit̃. ꝛ nõ in alio. ꝛ illũ tex. ad hoc ppositũ alle. d. Alex. in ɔsi. suo cccclxix. inci. viso pũcto ꝛc. in. j. col. vbi ẽt subdit ꝙ p hac pte optie facit text. in cle. dudũ. §. nos eñ ibi inq̃tũ pmissis vel pmissox alicui ꝯria ꝛc. de sepul. ꝛ tex. in aut̃. de heredi. ab ite. veniẽ. in pnc. cũ gl. in ꝟbo vacãtib⁹. ꝛ hoc ẽt fm eũ tenuit Lu. ro. i ɔsi. suo. lviij. incip. in cã vertẽte iter cõitatẽ tortone. Sed vltra. d. Alex. dico ego ꝙ istud etiã optie pbat tex. in. l. sancim⁹. i ꝟbo reliquam ꝓ quãtitatẽ q̃ intra legis termios cõstituta est in suo robore pdurare ꝛc. C. de donatio. Et illũ tex. in. d. l. vnica. C. de lati. liberta. ad hoc alle. Barb. in. c. j. in fi. de testamẽtis. vide ẽt p do. phi. in. c. nõnulli. in. xxxij. col. ver. xvj. de rescrip. Et dico ẽt ꝙ p hac pte optime facit doctrina Bal. in. l. sz ꝛ milites. i. §. quesitum. ff. de excu. tu. vbi dicit qd il lex tex. est in ar. ad rescripta summi põtificis: q̃ dicũt nõ obstãte priuilegio: qꝛ nõ itelligunt̃ infringere puilegiũ nisi in illo actu: in aliis aũt ptib⁹ ipm puilegiũ remanet firmũ qd est notãdũ. p qb⁹ etiã optie faciũt dicta p do. phil.
29 in. c. j. i. v. col. de ɔsti. quẽ vide. ¶ † Ultimo teneas mẽti in hac materia vnũ singulare ꝟbũ vez ꝙ quoties statuta in eodẽ volumine sunt ꝯria nõ attẽditur prioritas vel posterioritas: sz iudex dz attẽdere illud statutũ qd est iusti⁹ ꝛ equius. ita singulr̃ dicit Bal. in. c. cũ olim. post pn. de consue. qd dictum p no. refert ꝛ sequit̃. d. Alex. in cõsil. suo. ccccij. fm ord. meũ ꝙ incipit in psenti cã ꝛc. circa mediũ ꝛc. p qd dictũ poteris limitare supradicta oĩa ꝛ maxie dicta circa statutũ qd vltimum derogat priori qd est singulr̃ notãdũ. ad q̃ etiã vide Paul. de cast. in. l. hac ɔsultissima in. §. at cũ. C. q̃ testa. fa. pos. Et p ista sit expeditus iste. §. qꝛ glo. est clara et oĩa que dixi sunt dicta a me solo: qꝛ aliq̃s non legit hunc. §. Sequit̃. §. in cã tributorũ. Hippolitus de Marsiliis vtriusq; iuris doc. Bonoñ. ꝛc.

In causa tributox. Et hoc͡ intẽdit iste. §. multum obscurus ꝛ incert⁹ ꝛ modice vtilitatis. Pro seruis soluit̃ gabella qñ illa solui dz p bonis traductis. Et cõductor seruorũ negãs eos esse seruos vt fraudet datium reipublice, punitur vna cum ipsis seruis hoc secũ negãtibus: ꝛ sup hoc pñt ipsi serui torq̃ri. h. d. Casus in terminis põt tribus modis figurari fz Bart. sed ego figuro alr̃ ꝛ iudicio meo mea figuratio casus magis adheret litere: attñ alie ẽt figuratiões pñt pcedere iõ dicebã ꝙ casus ẽ talis. Quidã mercator seu negociator iuit ad nũdinas ꝛ noie sue cõitatis emit seruos q̃ mercator cõducens tales seruos fecit trãsitũ cũ ipis seruis p quãdã ciuitatẽ in q̃ soluebat̃ datiũ reipublice ẽt p seruis trãseũtibus per illam ciuitatẽ: qui

mercator vt fraudaret tale daciũ dicit dictos seruos esse liberos ꝛ hoc etiam dolose affirmarunt ipsi serui cõscii huius fraudis. Nõ fuit dubitatũ vtrũ tales serui possint torqri ꝯ ipm mercatorem super hac fraude ꝛ dolo ꝛ interrogare eos an sint serui liberi. Nõ dubitãdũ erat ꝙ nõ: qꝛ seruꝰ non põt torqri ꝯ dñm vt vidimus. s. in pluribꝰ locis huiꝰ. l. ꝛ ipe mercator vł dñs ipsoꝝ seruoꝝ saltem quousqꝫ eos cõsignauerit reipu. p qua emit. Atth ꝯriũ dꝛ hic nõ obstãte hac rõne ꝙ imo poterũt torqri sup ipsa fraude ꝯ ipm mercatorẽ eos ꝯducentẽ qꝛ non hr̃ loco dñi sui lꝫ eos emerit ꝛ ꝯducat. Et ħ tãto magis ꝓcedit qꝛ ipi serui sunt ꝯsocij ꝛ ꝑticipes huiꝰ fraudis. Et iste est casꝰ huiꝰ. §. ſm me. posset tñ alijs modis figurari. sed

1 hec figuratio mihi magis plꝫ. ¶ †Nota eꝛ isto tert. ꝙ etiã p seruis ẽt si sint fui reipublice debet solui gabella seu tributũ. ꝛ sic appellatione bonorũ veniũt fui: vt est tex. no. in. l. paulꝰ. §. fi. et ibi Bart. ſ. de pig. de quo feci mẽtionẽ ſ. in §. si seruꝰ in hac lege in ꝑmo not. Alia notabilia hic nõ colligũt. Gl. sił sunt clare. nã declarãt tex. ꝛ eiꝰ ꝯstructũ: ꝛ ꝑma glo. rñdet cuidã ꝯrio qd formari posset ꝺ tex. i. l. licitatio. §. fiscꝰ. ſ. ꝺ pu. vbi dicit ꝙ p fuis reipublice romanorũ nõ soluit aliqd onus seu aliq̃ gabella. sꝫ hic dꝛ ꝙ ẽt p fuis reip. soluit vectigal seu gabella. et sic dꝛ ꝯriũ. ergo gl. soluit ꝙ illa lex itelligit de seruis reip. romanoꝝ. hec aũt itelligit de fuis alteriꝰ reipu. ꝛ sic nõ obstat. Alie glo. sunt clare ꝛ nihil hñt. Jõ sequit §. 3 qui qõnem. Hippolytus de Marsilijs Vtriusqꝫ Juris doctor minimus ꝛc.

Qui questionẽ.

Et hoc itẽdit. Judex vł aliꝰ cui icũbit examiatio rei ad torturã nõ opꝫ ipaꝫ spãłr iterrogare: sꝫ dꝫ eũ gñałr interrogare. ałs ꝯfessio rei fcã ad spãlẽ interrogationẽ nõ vꝫ tãqꝫ fcã p suggestionẽ examinantis

1 hoc. d. Casus ꝛc. ¶ †Ex isto ter. põt iudex maleficioꝝ colligere practicã examinãdi reos accusatos vł iqsitos ꝺ aliq̃ crie vt nũqꝫ eis dicat fecisti tale delictũ: puta furtũ vł homicidiũ: vel silia. Sꝫ dꝫ gñałr eos interrogare sup delicto ꝯmisso p eos ꝺ qbꝰ hñr idicia ꝯtra ipos. Et iõ cõis practica latrũculatoꝝ est dicere ꝑmo ipsi reo qñ dꝫ examinare ꝛ interrogare eũ si scit cãm sue detẽtionis. Jtẽ si itellexerit aliqd delictũ cõmissuꝫ eẽ i tali loco vł i tali domo vel i tali ꝑsona ꝛ successiue eũ gñałr examinare vsqꝫ ad ꝑfectã examiationẽ. Et si ipe ꝑsisteret i negatiõe põt postea ipe iudex dicere. sed quõ nescis qꝛ ego habeo talia idicia ꝯ te: de qbus accipias copiã. ꝛ habeas terminũ triũ dieꝝ ad illa purgãda ałs illa purgabis cũ tortura. qꝛ copia sibi data ꝛ termino elapso põt torqri ꝛ spãlibꝰ interrogari de delicto. ꝛ ista est practica quã seruant periti iudices maleficioꝝ in examinatione reꝝ. ¶ †Et pro istis faciũt optime que hñr p doctores in. l. iubemus. C. de testa. vbi dicunt ꝙ notarius cõficiens testamẽtum alicuiꝰ dꝫ tacere ꝛ non interrogare testatorem: an faciat talem heredem suũ: qꝛ testatores infirmi interrogati ab aliquo de aliqua re facile oibus annuũt: sed ꝺ ħt ꝑmittere ꝙ ipse testator absqꝫ aliqua interrogatione exprimat voluntatem suã ꝛ illã postea scribat ipse notarius. alias vel nõ valeret ipꝫ testamẽtũ ſm doc. in. d. l. iubemus. de quo etiã p Pau. de cast. in. l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui test. facere pos. ꝛ latius p do. Alex. in. d. l. iubemus. et dixi satis ample in. l. ij. supra. de test. in. iij. carta. vbi vide. ¶ †Ulterius opponit hic Barto. post gl. dꝛ hic ꝙ seruꝰ tortꝰ nõ dꝫ spãłr de aliquo interrogari: sed gñaliter tm̃. sed cõtra de. §. j. primo. vbi dꝛ ꝙ seruꝰ potest interrogari de se. Soluit Bart. distinguendo hoc modo vcꝫ ꝙ aut sumus in inqsitiõe gñali qꝛ cõstat homicidium esse commissum sed nescitur a quo: ꝛ tũc ipse reꝰ dꝫ gñałr interrogari vt hic. Aut fit inquisitio seu accusatio spãlis cõtra aliquem. ꝛ tũc ipe reꝰ potest specialius interrogari de se vel de alio. ꝛ hoc casu hꝫ locũ. §. j. prime.

ita soluit. Bar. hoc 9triu hic ex qua so. colligit qd tex. nr loquit in inqsitione
4 gnali. ¶ †Opponit postea ipe Bart. 9 pdicta dicês s3 qn fit inqsitio generalis quo pot fieri tortura 9 aliqué cu3 9 nullu appareant indicia. Et nemo pot de iure torqri nisi 9 eu adsint indicia vt hr i hac. l. in pn. rndet Bar. dicês qd in inqsitiõe gnali d3 pri9 9stare maleficiu esse 9missum vt hr in. l. si is q. §. si tu ticiu. ff. de furtis. z in. l. j. §. itê illud ff. ad silla. Itê et dicût eê aliq indicia 9 testes qd debeât hoc scire: vl' qd ipi vacillêt: vel qz aliq dnt ipsos iterfuisse: vt hr in. l. ex libero. i pn. z in. l. vni9 i. §. teste. j. eo. Et subdit qd non obst. §. j. ff. in hac. l. qz loqtur i accus. vl' iqsitiõe spiri-
5 tuali. †Subdit postea ipe Bar. qd qn torqnr testes 9 certa psona3: l3 de illa debeât iterrogari tn de alijs circustatijs no dnt iterrogari: vtputa interrogâdo eos si tici9 interfecit seiu non tn dnt interrogari noiati3 de mo interficiêdi vc3 si interfecit sic vel sic: sed bene pnt iterrogari qr fecit z qn z i q p te corpis pcussit z silia. Que oia tn pcedut z hnt locu in illis testib9 q examinanr p torturâ. Sed i illis q examinanr sine tortura limitate examinanr super articulis seu capitulis z sup interrogatorijs ptiu vt hr in. c. pntisi. extra de testi. ita residet hic Bar. circa p dicta. Alia no sunt diceda in hoc. §. io sequitur. §. diuus adrianus. hypp. zc.

§. diuus adrian9. Et hoc itêdit. Seru9 torqnd9 pot de se interrogari: z si plus dicit q fuerit iterrogat9 ei9 dcm facit indiciu cotra eu de ipso maleficio. h. d. vsq ad
1 §. qoni. zc. Casus zc. ¶ †Nota ex isto tex. qd seruus in tortura examinâdus pot de se interrogari: z confessio sua p iudicat sibi z dño. vt dixi. ff. in hac. l. in §. si serui. in pn. pot etiâ qnq interrogari de alijs vt qn sum9 in delictis in quibus qs pot interrogari de cosocijs de quo dixi. ff. in hac. l. in. §. diuus anto
2 nius. ¶ Nota etiâ ex isto tex. in verbo rei fuerit indicium zc. qd si reus dum torquetur dicit vltra illud qd interrogat: qd tale eius dictu facit indicium de ipsa re: seu de ipso maleficio contra ipsu3 reu: adeo qd ex tali dicto poterit si seruata sint seruauda poni iteru ad torturâ. ita pbatur hic. ¶ Sed contra istum tex. opponit Bar. in. d. l. si qs libertatê. in. fi. ff. de peti. heredi. z de. l. si duo patroni. §. ij. ff. d iureiu. z de. l. momêtanee. C. qui legi. perso. in quib9 iurib9 habeé qd ille q examinar no d3 interrogari extra articulu3 sup quo examinar: z 9hr rnsio sua extra articulum no v3. hic aût dr 9triu: ergo sup q Bar. dicit qd qn testis qui examinatur sup aliquo z vltra interrogationem sibi factâ aliqua dicit penitus extranea z ad câm no faciêtia: z tuc tale eius dictu3 no v3 vltra interrogationê. S3 si dicit aliq extra articulu vel vltra interrogationê q tn faciât ad câm valent si ipse iurauit dicere veritatê sup tota câ. secus aût si no iurauit dicere veritate3 super tota câ: qz no v3 tuc illud qd dixit vltra articulu z vltra interrogationê l3 faciat ad câm qz super illo deponit no iurat9 z sic no valet. vt hr in. l. iurisiurâ. C. de testi. cu multis si. et hr i c. pterea. extra de testib9. cu si. z ita êt dicit ipse Bar. circa hoc i. d. l. si duo patroni. §. ij. ff. de iureiur. z in. d. l. si qs libertate3. in antepe. colum. z in. d. l. momentanee. C. q legi. pso. z voluit Spe cu. z Joan. an. in ti. de teste. §. j. versic. quid ergo si capitula. z versi. precedenti. z pro distinctiõe Bart. facit optime tex. in. c. de testibus. extra de testibus. vbi hanc parte3 approbat Jo. an. de q etiâ per. d. Alex. i. d. l. si duo patroni. in d. §. idem iulianus. ff. de iureiurâdo. z p Bar. in. l. si quis legatu. circa fi. ff. de fal. z per Bal. in. l. perêptorias. C. sentêtiam rescin. non pos. z in. l. non nudis. C. de pbat. z per Barto. z alios in. l. lu
3 cius supra de infamib9. ¶ †Sed licet hec oppõ seu distinctio Bar. sequar a qpluribus: attn illa mihi non placet in ea parte i qua dicit qd si testis dicit aliqua extra articulum que tn faciant ad câm no valent si no iurauit dicere veritatem sup tota câ: qz al's reperiret

Illud deponere nõ iurat⁹. Sed ꝙ imo illa talia dicta testis faciẽtia ad cãm valeãt lꝫ sint extra articulũ ẽt posita qđ iurauerit dicere veritatẽ sup tota cã moueo:. Nã dici nõ põt ꝙ talia faciẽtia ad ipã cãm lꝫ sint extra articulũ nõ dicãt cõnexa ipi ⁊ etiã ipsi articulo. ⁊ hoc satis pꝫ ad sensũ cuiuslibet recte sentiẽtis: sꝫ hac ratiõe ita dꝫ valere illud qđ dixit ipe testis extra articulũ dummõ faciat ad cãm sicut illud qđ ipe dicit circa ipm articulũ nec casu illud qđ deposuit extra articulũ nõ
4 dicet deposuisse nõ iurat⁹. ¶ †Et horũ rõ est q: cõnexa sunt vt dixi: ⁊ cõnexorũ idẽ est iudiciũ. l. ꝓinde si seruũ. ff. ad. l. aquil. vbi si tu occidisti seruũ meũ quẽ alteri tradere obligatus eram sub pena teneris nõ solũ ad estimationeꝫ serui sꝫ etiã ad penã tãꝗ dependentẽ ⁊ cõnexũ. facit tex. in. l. eũ actũ. ff. de nego. gestis. ꝓbatur etiã hoc in. l. lucius. §. paulus rñdit. ff. de administra. tut. vbi habetur ꝙ qñ fideiussor obligatur ꝓ certa administratione alicui⁹ sil'r cẽset obligat⁹ ꝓ oĩ actu cõnexo ad illam administrationẽ. ⁊ illũ tex. ibi ad hoc no. Ja. de are. ⁊ Bar. ꝓbat etiã in. l. nõ quasi. §. j. ff. rẽ pupil. sal. fore. vbi per illũ tex. dicit Bar. ꝙ si tutor quedã negocia pupilli gessit ⁊ quedã non: quod tñ ꝓ nõ gestis ẽt tenet ex stipulatione interposita rẽ pupilli sal. fore. et hoc ꝓpter cõnexitatẽ. hoc etiã ꝓbat gloss. in l. diuus. ff. de admini. tut. vbi text. dicit ꝙ de gestis post pupillarẽ etatẽ vnus tutorũ nõ ꝯuenit ꝓ facto alterius ⁊ in solidũ sed solũ ꝓ eo qđ gessit et glo. ibi hoc limitat: nisi gesta post pubertateꝫ essent ꝯnexa gestis tpe pubertatis. nã in illis qlibet cõuenitur insolidũ. ꝓbat etiã hoc in. l. q̇d ergo. §. sufficit. ff. đ cõtrario indi. tut. ⁊ ibi colligit hoc Bal. s. ꝙ cõnexorũ idẽ est iudiciũ. ad idẽ tex. i c. ꝗto. de iudeis. ⁊ hꝫ per. d. Abb. in. c. ꝓterea. de offi. deleg. ⁊ in. c. trãslato. de cõstitu. ⁊ in. l. ij. supra de iur. om. iudic. ⁊ in. l. oratio. supra de spõsal. ⁊ in. l. literas. de iura. calũ. ⁊ ibi glo. ⁊ volũt moder. i. l. si de certa. C. de trãsact. ⁊ Jo. de ana. in. c. lꝫ. el. §. i si. de simo. Cũ ergo dicta a teste ex articulũ q̇ faciũt ad cãm sint cõnexa ⁊ depẽdẽtia a dicto supra articulo ergo nõ poterũt dici esse deposita absq; iuramento. Et maxime in tali dicto testis iurati q: iuramẽtum cõ-
ꝓhẽdit connexa ⁊ depẽdẽtia. ¶ †Et iõ 5
dicit singulariter Bal. i. l. pemptorias. ante si. C. sententiã resci. nõ pos. qđ si testes fuerũt inducti super mutuo ⁊ sup articulo mutui ⁊ facto testimonio sup tali mutuo addiderũt posteã ꝙ etiã ipsi interfuerũt qñ ipse mutuãs fecit pactũ de nõ petẽdo: ꝙ hoc casu ꝓbãt etiã pactũ de nõ petendo. ⁊ dicit ꝙ hoc voluit Inno. in. cap. pastoralis. de excep.
¶ †Et facit dictũ Bald. in. l. ordinarij 6
C. de rei vẽdi. vbi dicit ꝙ siq̇s dicit contractũ esse vsurariũ vel simulatũ ideo petijt qđ epo se absolui a iuramẽto super eo interposito: ꝙ post talẽ absolutionẽ non poterit corã iudice agere de vsuris vel de ipsa simulatione. sꝫ poterit agere corã epo tm̃ ꝓpter cõnexitatẽ quã hꝫ cũ ipso iuramẽto: qđ dictum refert ⁊ sequit. d. Pet. in ꝯsi. suo. cxcvj. incipi. circa ꝓmũ. in vlti. colũ. post me. in. ij. vol.
¶ †Et ad ꝓdicta etiã optime 7
facit notabile xbũ Pe. de anc. in cõsi. suo. xix. vbi dixit qđ procurator apponẽs man⁹ ad connexa non dicit excedere fines mãdati. idẽ tꝫ Pau. de cast. in cõsi. xxviij. qđ inci. viso pacto. Et hãc doctrinã refert ⁊ approbat do. Phi. in c. trãslato. in. iij. col. de cõsti. vbi subdit idẽ eẽ in delegato ad qđ allegat glo. in l. c. lꝫ ergo. vij. q. j. Et idẽ dicit esse in arbitro fm Inn. in. c. cũ dilect⁹. de arbi.
¶ †Et facit ẽt qđ voluit Bal. in. c. trãslato. de cõsti. vbi post multa dixit ꝙ vẽdita vacca venit vitulus q̇ est in corpore: ⁊ ẽt vitul⁹ natus q̇ nõdũ pascit herbis. ⁊ facit tex. in. l. sed addes. §. si quis mulierẽ vehẽdã. ff. loca. ⁊ faciũt dicta ꝓ eũdẽ in. c. j. de capi. q̇ curiã vẽ. Et faciũt dicta per Jo. de imo. i. c. cũ. M. in xviij. col. de cõsti. vbi dicit ꝙ per collationẽ ꝓbẽde ꝯsuete ꝯferri canonico cõfert cãonicat⁹ nõ q: sit accessoriũ: sꝫ rõne ꝯnexitatis. Et faciũt alia notabilia

dicta relata a do. Phi. in. d. c. trāslato. de cōsti. in. iij. co. & p eū in. c. cāmqꝫ. de re iud. in. ij. & iij. col. & que dicit. d. Frā. ar. in ɔsi. xxix. incip. diligēt. in. iiij. car. & Jo. de imo. in cōsi. cxxxix. incip. pfat⁹ si
9 mus &c. in. ij. col. ¶ †Et adduci pōt qđ voluit fede. de senis in cōsi. suo. iiij. incipi. qꝛ talis est &c. in fi. vbi dicit ꝙ cōmissio facta alicui de absoluendo plures excōicatos expirat morte ɔmittētꝫ q̄ ad nō absolutos: lꝫ cepta sit in aliqb⁹ absolutio: qđ tñ fallit ſm eū ibi nisi negotiū oiuꝫ q̄ debuerit absolui sit cō nexū qꝛ tūc nō đr expirata. qđ dictū p notabili refert & sequitur do. Phi. in. c. qm̄. in. iiij. colū. de rescrip. Et facit glo. in. c. qꝛ intm̄. extra de pbē. que extēdit
10 dispēsationē ad cōnexa. ¶ †Et facit ēt nā trāsactio sup sorte operat̄ etiā sup pēa tāꝗ̄ super cōnexo. ſm Pau. de ca. & do. Alex. in. l. ij. in prin. per illū tex. ff. siqs cautio. Et illud dictū refert & seqtur. d. Phi. in. c. super literis. in. xiij. co. de rescrip. vbi etiā dicit ꝙ iurisditio sup p principali exercet̄ & extēdit ad ɔnexa ad qđ alle. glo. in. c. accusat⁹. in ṽbo iudicari. de here. in. vj. quā allegāt ad hoc Ange. & Jo. de imo. et. d. Alex. in. l. q̄ rome. in. §. duo fratres. de ṽ. ob. & allegat ēt tex. in cle. ij. in ṽbo eas quoq̄
11 nō tāgētibus. de iudi. ¶ †Et subdit ēt ipse. d. Phi. in. d. c. sup lr̄is. ꝙ liberatio sup pncipali extenditur ad dependentia & cōnexa etiā nō expressa: ad qđ allegat Bar. in. l. aurelius. §. gayus. i. vj. q. supra de libe. lega. & alia plura adducit ad propositū ibi domi. Phi. que breuitatis cā nō refero. ¶ †Et faciūt ēt
12 dicta per. d. Frā. de are in ɔsi. suo. xxix. incip. diligēter &c. in. xij. col. in ṽsi. his breuiter. & p Jo. đ. imo. i ɔsi. suo. cxxxix. incip. pfat⁹ in. ij. col. &c. & faciūt que dixi post modernos in. l. si pcurator. C. đ pc. Et sic mihi vr̄ ꝙ ista distictio Bar. nō sit vara in illa parte in qua vult ꝙ testis dicat aliqua extra articulū que etiā faciāt ad cām qđ nō valeat qꝛ sup illo nō est iuratus &c. nisi iurauerit dicere veritatē sup tota cā: qꝛ immo talia dicta sua valebūt etiā si nō iurauit sup tota cā tāꝗ̄ ɔnexa et depēdētia p pdicta. q̄ oia tene mēti ad pdicta tāꝗ̄ noua. Alia nō sunt in isto. §. iō sequit̄ §. qōni. hyppo. de Mar. J. U. Doc. &c.

Qōni Et hoc intēdit. Confessioni facte in tormētis semp nō credit̄ ppter causas i tex. hic positas. hoc dicit. Casus &c. ¶ †Nota di-
1 ctū in summario ꝙ cōfessioni facte in tormētis semp nō creditur. Et ego dico fortius ꝙ cōfessioni facte spōte vel in tormētis nūꝗ̄ creditur nisi ɔcurrāt ea q̄ late dixi i hac. l. in pn. ad q̄ me remitto. ¶ Cōtra hūc tex. op. Bar. dicēs ꝙ cōfessio facta p tormēta est fragilis sꝫ ɔtra. immo cōfessio q̄ hr̄ p tormēta validioꝛ est aliis ɔfessionibus. vt hr̄ in aut. de testi. §. j. & no. i. l. cū pbatio. §. j. de pbat. Quapropter Bar. i hoc dicit ꝙ tres sunt casus. Primus est qñ quis torquet̄ in se tm̄ & tūc validioꝛ est ɔfessio facta sine tormētis ꝗ̄ cū tormētis. vt in. §. diu⁹: supra prime & hic & in. §. siqs vltro. j. eo. Qñqꝫ q̇s tm̄ de alio interrogat̄ & tūc est validioꝛ cōfessio cuꝫ tormētis. vt in. d. §. j. in aut. de testi. & i d. l. cū pbatio. Qñqꝫ q̇s interrogatur seu torquet̄ in se & in aliū simul tūc debilioꝛ est ɔfessio cū tormētis ꝗ̄ sine. ita residet Bart hic. vedē tñ ꝙ ipse Bar. assignasset rōnē diuersitatis iter hos casus quare confessio cum tormentis vel sine est validioꝛ magis in vno casu ꝗ̄ in alio qꝛ ego non video aliquā cau
2 sam diuersitatis. ¶ †Ulterius pro limitatiōe istius tex. scias ꝙ cōfessio facta in tormētis semper nō probat nec nocet cōfitēti. hoc tñ fallit nisi sup dicta cōfessiōe pcesserit bina ɔfessio: vna extraiudicialis: alia iudicialis cū tortura. nā cōcurrente tali cōfessiōe bina valebit cōfessio facta in tortura nō obstāte ratione isti⁹ tex. ita probat gl. singularis in. l. capite. vt. s̄. de adul. queꝫ glo ibi summe no. d. Alexā. in apostillis ad Bar. & eā etiā ad hoc allegat ipse. d. Alex. i. l. cū scim⁹. i vl. apostilla. C. de agr. & cēsi. & hui⁹ gl. rō est ipa gemlatio ɔfessiōis q̄ opat̄ h̄. Et ista doctrina hui⁹ glo. pōt iuuari & corroborari plus

rib⁹ iuribus ꝛ doctrinis. ꝛ primo ꝓ di-
cta glo. adduci pōt tex. gl. ꝛ Bart. in. l.
cū scimus. C. de agri et cēsi. li. xj. vbi dt
Bar. post prin. qđ ꝑ illū tex. et glo. pos-
sunt limitari oīa iura dicētia ꝙ verba
enūciatiua nō inducūt dispositionem:
et etiā talia verba in cōtractibus ꝓla
ta nō sunt obligatoria: nā hoc est verū
nisi bina cōfessio emanauerit vna post
aliā. Et subdit ibi Barto. in finalibus
verbis ꝙ cōfessio facta nō in figura iu
dicij lȝ nō ꝑiudicet tn̄ si bis emanaret
forte ita ꝑiudicaret sicut illa q̄ est fa-
cta in figura iudicij. Et idem dicit Lu.
ro. in cōsi. ccxc. incip. in casu proposito.
Et pñt etiā alia adduci ꝓ dicta glo. et
nedū ad ꝓpositum dicte glo. et doctri
3 ne adducere statui. ¶ † Sed etiam ꝓ
plena doctria materie geminationis
ad quā poteris qñ tibi contigerit hic
recurrere. Et ideo dico ꝙ pro dicta gl.
ꝛ doctrina etiam adduci potest qđ vo
luit Abb. in. c. si cautio. de fide istru. vbi
dicit ꝙ lȝ exceptio nō numerate pecu-
nie possit opponi supra bienniū iuxta ea
q̄ hñt in. l. in cōtractib⁹. in ꝑn. C. de nō
nume. pecu. attn̄ nō poterit opponi ta
lis exceptio si cōfessio de recepto fuit
geminata. ad qđ allegat no. per glo. in
d. l. cū scimus. itē adde not. ꝟbū Cy. in
l. j. C. de ꝯfes. vbi dt ꝙ lȝ cōfessio facta
extra iudiciū nō ꝓsit ad actionē sȝ ad
ꝓbationē vt hꝫ i. l. j. in fi. C. depositi. tn̄
fallit nisi talis ꝯfessio sit geminata qꝛ
tūc cū eq̄paret̄ cōfessioni facte in iudi
cio vt in. d. l. cū scimus. ꝓdest ad actio
nē. ꝛ allegat glo. in. l. sȝ ꝛ si possessori. §.
ita si iurauero. ff. de iureiu. Facit etiā
naȝ ex pacto nudo gemiato orit̄ actio.
ta dicit Ang. ꝛ Sali. in §. petens. C. de
4 pac. ¶ † Et faciūt dicta ꝑ scribētes in
§. de cōstituta. isti. de act. Et adduci ēt
pōt no. ꝟbū Bal. in. l. nec dānosa. C. de
ꝑci. ipe. offe. vbi dt ꝙ gemiatio rescri-
ptoꝝ opat̄ clausulā motu ꝓprio. Et fa
cit glos. no. in. §. criminis. xxv. di. vbi dt ꝙ
pctm̄ veniale gemiatū efficit̄ mortale
5 ¶ † Et facit ēt no. gl. i cle. d. de ap. q̄ vo
luit ꝙ lȝ iudex possit ad libitū reuoca-
re suā interlocutoriā. l. ꝙ iussit. d re iu.
ꝛ in. l. iudex postea ꝗ. eo. tit. tn̄ hoc fal-
6 lit i iterlocutoria gemiata. ¶ † Et ad-
duci pōt no. verbū Bal. in. l. ij. C. de re-
sci. vēdi. vbi dicit ꝙ si i vēditiōe bis di-
cat̄ ꝛ si talis res vēdita pl⁹ vȝ illud pl⁹
donat ipse vēditor emptori tūc ꝑ talia
ꝟba cessat remediū. d. l. ij. sec⁹ si dicta
verba semel tm̄ dicat̄ in ipsa vēditiōe:
qꝛ tūc nō cessat dictū remediū. ꝛ dt gl.
in ꝟsi. reiterato. i. c. q̄s irat⁹. ij. q. iij. qđ
reiteratio seu gemiatio ꝓsupponit de-
7 liberationē. ¶ † Et dicit notāter Bal
in ꝓemio. ff. i fi. ꝑn. qđ lȝ ista ꝟba que
haberi ꝓ ciue importēt fictionē: vt per
Bar. i. l. si is q. ꝓ emptore. ff. de vsuca.
tn̄ fallit nisi dicat̄. si et habeat̄. nā ista
gemiatio iportat ꝟitatē. ꝓ q̄ facit tex.
i. l. ij. i. §. furiosus. ff. de iure codi. i ꝟbo
ꝑ oīa ꝛ i oīb⁹. quē tex. allegat ꝓ singu-
lari Ange. in. l. i negocijs. ff. de re iudi.
8 ¶ † Et facit qđ voluit Bal. i. c. de offi.
deleg. vbi dicit ꝙ si papa cōmittit cāȝ
vni dicendo tu cognoscas ꝙ hoc casu
dꝫ eē electa industria ꝑsone adeo ꝙ ta
lis delegatus nō poterit talē cām sub-
delegare ēt si de sui natura eēt subde-
legabilis iuxta ea q̄ habēt in. l. ab indi
9 ce. §. de indi. ¶ † Et facit qđ voluit. d.
An. in. c. q̄ i ecclesiaꝝ. in pe. col. d ꝯsti.
vbi dt ꝙ gelatio rescripti hꝫ vi cl'e nō
obstāte ꝛ vi cl'e ex certa scia: ꝛ adduci
pōt ēt qđ voluerūt Bar. ꝛ Bal. i. l. iij. C.
de epis. audi. vbi dicūt ꝙ bis carcerat⁹
ꝓ eodē delicto ampli⁹ nō relaxat̄ ēt si
ex aliq̄ ꝯstitutiōe carcerat⁹ deberet re
10 laxari. ¶ † Et facit qđ voluit Ang. i l.
fi. C. ad. l. fal. vbi dt qđ gemiata obliga
tio naturalis parit actionē. Et facit ēt
nā geminatio verbi futuri tpis inpor-
tat cāonē late snie et nō ferēde vt pu-
ta si dicat irritet̄ vl' casset̄ ꝛ irritet̄. ita
dt Bal. i ti. de pace cōstā. i ꝟ. ꝑuilegia
11 oīa. ¶ † Et facit no. ꝟbū impetratio le
gitimatiōis i q̄ solū dictū est quem na
tū ex adulterio nō tȝ si ipse legitiman
dus fuisset nat⁹ ex adulterio gemina-
to. l. ex duobus cōiugatis ꝟm Oldr. in
ꝯs. suo. viij. qđ etiā voluit Jo. an. in ad-
di. Spe. in rub. qui filij sint legi. ꝛ Bal.
in. l. causam quam. C. de fideicommi. ꝛ

voluit.d.Phi.in.c.postulasti.in.iiij.col.
de rescrip.z in.d.c.si cautio.de fide in-
stru.in.xij.col.vbi plura de supradictis
posuit.Et ibi etiã dt q qñq tñ opat
geminat⁹ cõsensus quãtũ iuramentũ
qd dicit pbari in.c.cum cõtingat.z ibi
d.Abb.de iureiurã.iuncta aut.si a me.
C.ad velle.vbi in alienatiõe fundi do-
talis tñ operat geminatus cõsensus
q solus nõ sufficeret qtũ si esset iurat⁹
z subdit qd idẽ pbat ex glo.pe.in.c.ex
rescripto.de iureiu.iũcta.l.si mulier.C.
ad velle.vbi sicut cessat exceptio vel-
leiani vbi est iuramẽtũ ita vbi est ↄsen-
sus geminat⁹.Et subdit.d.Phili.in.c.
si cautio.qd rõ pdictoꝝ est q gemina-
tio arguit magnã infirmitatẽ animi z
ppositi.Et hic est qd lz heretic⁹ para-
tus corrigi non tradat curie seculari.
c.pe.§.si qs.extra de hereticis.tñ si ge
minata vice cecidit nõ audit de corre-
ctione.c.sup eo.z.c.accusat⁹.de here.i
12 vj.¶ †Et facit nã lz nullo iure caueat
quod decretũ bis interponat:tñ opti-
ma cautela est qd bis interponat fm
Bald.in.l.magis puto.§.ne passim.ff.
de rebus eoꝝ.Et facit dictũ Bald.in
tract.scismatis.in.xviij.col.vbi inqt qd
q bis aliqd fecit nõ põt ↄ illd oppone-
re q vbi interuenit geminatio ibi psu
mit plena deliberatio.allegat text.in
aut.vt nulli iudicũ.§.z hoc vero iube-
13 mus.¶ †Et facit gl.in verbo reitera-
to.i.c.si qs irat⁹.ij.q.iij.quã.s.allega-
ui.Sz vltra.d.Phi.in.d.c.si cautio.ad-
duci põt qd voluit Lu.ro.in ↄsi.suo.cc-
liij.inci.qrit primo zc.in.c.col.vbi dicit
qd geminatio more tollit purgationẽ
ipsi⁹ more.z dt de hoc fore casum not.
in.l.traiectitie.in.§.de illo iuncto v.fi.
eiusdẽ.§.ff.d actio.z obl.z idẽ ẽt pbat
tex.in.l.si isulã.ff.de ver.ob.vbi pz mo-
rã duplicatã p lapsum termini z p lit-
ↄtest.excludere facultatẽ purgationis
faciũt ẽt notab.vba Lu.ro.in ↄsil.suo.
cccxvj.icip.i hac cã zc.in.ij.col.vbi di-
xit qd ↄfessio gemiata nõ est reuocabi-
lis ptextu erroris vl falsitatis.allegat
ad hoc casuz.i.l.j.C.de pl⁹ peti.subdit
ẽt qd ↄfessio facta post terminũ delibe-
ratũ ptextu erroris nõ põt reuocari.al
legat glo.in.c.ex lris.de diuor.quã seq
tur Arch.i.c.fi.d iureiu.l.vj.z in.c.j.de
14 accus.eo.lib.¶ †Et faciũt optime di-
cta p.d.Alex.in ↄsi.cccv.incip.nec ar-
guẽdi zc.in.vij.col.i.ij.vol.z p.d.Andr.
Barb.in cõsi.suo.xxxvij.incip.viso pun-
cto zc.in.iij.col.in.iij.vol.z ibidẽ i cõsil.
lxxxvij.incip.in cõtingẽtia zc.i.ij.car.z
faciũt dicta p mod.in.l.j.in.§.hec aũt.
ff.qd qsq iuris.z dicta p me i ↄsi.meo.
xiij.inci.in cã vtẽte zc.in.ij.car.Tene
mẽti pdicta ad ppositũ.d.glo.l.capite
qnto.et ad materiam geminationis.
15 ¶ †Modo redeũdo ad text.nrm dico
vnũ qd nũq exeat mẽte tuã tanq sin-
gulꝫ z pcipuũ:vcz qd dr hic in tex.nro
quod non semp est stãdũ cõfessioni fa-
cte i tormẽtis.Tu dicas qd iter alios
casus in qb⁹ nõ stat cõfessioni facte in
tormẽtis est vn⁹ casus nota.q nedum
hz locum in confessione facta sine tor-
mẽtis.q casus est qñ reus confitet vel
in tormentis vel sine sub pmissione in-
dulgentie seu gre sibi fiẽde vt puta si
iudex dicit ipsi reo in tortura vel extra
torturam cõfitearis delictũ q pmitto
tibi indulgere et tibi facere grãm.ita
singlr z mirabiliter dicit Jo.de Jmol.
in ↄsi.suo.cix.incipiẽ.visa inquisitione
zc.z mouet ad hoc dicẽdum per id qd
legit z not.in.c.sane.de renũ.z per id
quod not.glo.in.l.item si precio.§.fi.ff.
loca.pro quo etiã facit fm euz q sicut
iuramẽtũ p dolũ extortũ non dz noce-
re iuranti vt hr in.c.cum cõtingat.de
iureiur.z in.c.quãuis.de pac.in.vj.ita
eadẽ rõne cõfessio dolo extorta nõ de-
bet nocere cõfitenti.ar.l.illud.ff.ad.l.
aql.z.c.ij.de trãsla.prela.Et satis vide
tur dicta confessio iuris presumptione
fuisse p dolũ extorta ex quo psuasuz si-
bi fuit qd si cõfiteret fieret sibi gra li-
beraret z qd talr non poterat liberari
a carcerib⁹ z duct⁹ psuasionibus pdi-
ctis fuit cõfessus cum ante negaret ex
quo postea non fit sibi gratia p pdicta
iura:tene mẽti q est dictũ singu.e au-
reum de q dixi in sing.meo.ccj.inci.in
cõfessum zc.nec me minime hoc dictũ

alibi vidisse. Et per ista sunt expedita textualia oia: glos. similiter sunt clare. Pme eñ opponit̃ d̾ in isto tex. ꝙ confessiõi facte i tormẽtis nõ sꝫ est stãdũ.

16 ¶ † Sꝫ 3 d̾ tex. in. l. cũ dictũ. j. eo. vbi hr̃ ꝙ imo stãdũ est talib⁹ ꝯfessionib⁹. So. gl. dicẽs ꝙ illa. l. intelligit̃ fm istã vcꝫ ꝙ nõ semp ẽt in illo casu stat̃ ꝯfessioni nisi alia ꝯcurrãt de quib⁹ hic ꝛ. s̃. i hac l. in pnc. gl. pdicta allegat ꝓ hoc. §. l. ij. C. quoꝝ appel. vbi hr̃ ꝙ cõfessus in tormẽtis vel formidine tormẽtoꝝ audit̃ appellans qđ sec⁹ est vbi spõte confessus est. ¶ † Glosa scđa clara est ꝛ expositiua ꝛ no. ꝙ ex varijs causis quis format suam opinionem ꝛ illã mutat. ad qđ allegat bonũ tex. in. l. qꝛ poterat. s̃. ad treb. vbi est bon⁹ tex. ad hoc ꝛ allegat ẽt alia iura de qb⁹. j. Et sic iste tex. ꝛ glo. optie allegari pñt ad illđ Ouidij vcꝫ Mille hoĩꝫ spẽs ꝛ reꝝ discolor vsus Uelle suũ cuiqꝫ est nec voto viuit̃ vno ꝛc. Seq̃t mõ §. pterea. hyp. d̾ Mar. ꝛc.

Preterea Et hoc itẽdit. Nõ credit̃ inimico capitali etiã cũ tortura qđ sec⁹ est in inimico leuis inimicitie. h. d. vsqꝫ ad §. cũ quis casus ꝛc. ¶ † Nota ex hoc tex. ꝙ non statur dicto inimici qꝛ inimici facile mẽtiũtur. facit tex. in. c. repellant̃. ꝛ in. c. cũ. p. ꝛ in. c. cum oporteat. ꝛ in. c. minim⁹. de accu. ꝛ hr̃ in. c. si testes. iiij. ꝛ in. l. liberi. C. de inoffi. testa. ꝛ in aut̃. si vero dicat̃. C. de testi. ꝛ in. §. si vero dicatur. in aut̃. de testi. ꝛ in. l. testium. vbi Bar. ꝛ doc. s̃. de testi. cũ si. ¶ † Et istuꝫ tex. ꝛ siles amplia. ꝙ adeo est ꝓhibit⁹ inimic⁹ testificari ꝯtra inimicũ ꝙ etiã in enormib⁹ criminib⁹ vt est in crimie lese maiestatis heresis simonie ꝛ silib⁹ ẽ ꝓhibit⁹. tex. ẽ quẽ ad hoc doct. cõiter allegãt ꝓ singu. in. c. p tuas. de simo. ꝛ hoc voluit Bar. in. l. in q̃onibus. ff. ad. l. iul. ma. ꝛ Spe. in ti. d̾ acc. i. §. j. i fi. v̄bis ꝛ Lu. ro. i. l. si v̄o. i. §. d̾ v̄o. i. xxij. col. v̄s. q̃ntadecia ꝛc. ff. so. ma. d̾ q̃ ẽt p. d. Abb. in. c. inq̃sitiõis. §. iij. extra de acc. ꝛ per Bald. in. l. in his. §. j. i fi. ff. so. ma. Et lꝫ doc. reputent illũ tex. d. c. p tuas. singulare. tñ ego dico ꝙ nõ ẽ sing. qꝛ silis est tex. quẽ ibi põderat Ab. i. c. cũ. p. extra de accu. q̃ ꝓbat ꝙ etiã i criminib⁹ exceptis inimic⁹ nõ admittit̃ ꝯtra inimicũ: qđ ẽt voluit Barb. ibi ꝛ Angel. in. l. qui accusare. ff. de accu. vbi allegat ad hoc Spe. in ti. de accu. §. j. de quo etiã p Bal. in. l. pscriptiõe. in. ix. co. versicu. tertiũ exẽplũ. C. si 3 ius vel vti. pu. ꝓ q̃ faciũt dicta p Ang. de are. i trac. maleficioꝝ. in v̄b. necnõ ad q̃relã. in v̄sicu. xx. vbi dicit ꝙ inimic⁹ nõ admittit̃ ad accusandũ. ꝛ ibi. d. Ange. in addi. dicit hoc esse veꝝ ẽt i crimine lese maiestatis ꝛ in alijs criminib⁹ exceptis. ad qđ allegat Spe. in tit. de accus. in. j. pte. i §. j. v̄. fi. in fi. ꝛ alia de quib⁹ ibi per eũ.

3 ¶ † Amplia etiã hanc reg. ꝛ hũc tex. ꝙ adeo est ꝓhibitus inimic⁹ ad testificãdũ ꝙ hoc nõ solũ hꝫ locũ in inimico ex aio sꝫ ẽt in inimico psumpto fm Jnn. in. c. cum. i. ꝛ a. in fi. de re iudi. vbi dicit ꝙ ille apud quem est causa inimicitie contra illum contra quem producitur licet ipse contra quem producitur nesciat causam illã vt puta titius accusauit sempronium de aliquo crimine: certe licet sempronius nesciat se accusatum esse ab eo: attamen non poterit cõtra eũ esse testis nõ obstãte ignorãtia sua quia tamẽ subest cã inimicitie. ita etiã sing. dixit Bar. in. l. j. in fi. s̃. de his quibus vt indig. ꝛ Bald. referens Jnno. in. l. pscriptiõe. in antepe. col. C. si cõtra ius vel vti. pu. ꝛ in. d. aut̃. si dicat̃. in vl. col. ꝛ in consi. suo. cccxv. inci. psupposito statu. in. j. col. in. iiij. volu. ꝛ Abbas in. d. c. repellatur. ꝛ in. d. c. cuꝫ oporteat. ꝛ Lud. ro. in. l. j. §. de rescrip. in pnci. ff. ad silla. ꝛ in rub. ff. de arbi. in ix. col. ver. scias tamẽ. ꝛ. d. Phil. in. d. c. cũ oporteat. in. vij. co. circa fi. ꝛ. d. Alex. in consi. suo. cccclxxiiij. inci. visa inq̃sitione. in vlti. colũ. in fi. ꝛ in ꝯsi. suo. cxx. incip. in cã inquisitionis ꝛc. in. ij. co. i. j. vol. ꝛ Lu. ro. in sin. suo. cccxvj. fm ordimeũ incip. Jnnoc. in. c. cũ. J. ꝛ. A. ꝛc. de quo late dixi i repeti. mea. l. fi. C. de ꝓba. in. xvj. car. et in singu. meo. clxxviij. inci. inimic⁹ repellit̃. Ubi etiã vnũ addidi ꝙ lꝫ testis dicat̃ nõ hr̃e inimicitiã

vel odiū aliqd cū illo contra testificat attn̄ repellit ꝛ ei nō credit si subest cā ꝑ p̄dicta qd aperte voluit. d. Alex. i. d. cōsi. suo. xcix. i. ij. col. qd est no. quia quo
4 tidianū. ¶ † Amplia et hūc tex. ꝛ hāc regulā vcʒ ꝙ adeo ꝓhibit⁹ est inimic⁹ testificari ꝯ inimicum ꝙ et si inimicus sit recōciliat⁹ cū inimico attn̄ non poterit cōtra talē olim inimicū testificari. ita dt do. Alex. i. d. cōsi. suo. xcix. in fi. pe. col. ꝓ quo alle. tex. quē dicit no. i. c. cū accusatores. el. j. ij. q. v. vbi est etiam bona glo. quē tex. et ad hoc ꝓ singulari alle. Ludo. ro. in. d. singu. suo. cccxvj. incip. Inno. in. c. cum. I. ꝛ. A. ꝛc. et idē tʒ Abb. i. d. c. cū oporteat. in. j. col. d accu. Pro quibus etiā facit gl. in. c. cōstituit. xvij. q. iiij. q dt qd iude⁹ qui de ꝑrimo est effect⁹ xpian⁹ nō poterit esse testis cōtra xpianū. Et facit gl. in. l. q cū vno. §. ignominia. ff. de re milli. q dicit ꝙ ꝑiurus et post pactā penitētiā nō poterit esse testis sicut antea non poterat. Et facit in ar. tex. in. c. is q. in fi. de sepul. in. vj. ꝛ in. l. filij §. vidua. j. ad muni. ꝛ faciunt etiā q latius in singu. meo
5 clxxix. inci. viget cōiter ꝛc. ¶ † Intelligas tn̄ hoc sane in inimico recōciliato de recēti sec⁹ aūt in recōciliatione antiqua. nā inimic⁹ antiqu⁹ recōciliatus admittit ad testificādū fm̄ Bal. i margarita sua in v̄bo testis. in versi. testis
6 inimic⁹. ¶ † Amplia etiā hūc tex. vcʒ ꝙ adeo ꝓhibit⁹ est inimicus a testimonio ꝙ etiā ipsi testi inimico non credit in articulo mortis fm̄ Bal. i tit. de pace constā. in verbo vassalli nostri in fi. qd est not. de quo etiā dixi i repe. mea. d. l. fi. C. de ꝓba. in. xvj. car. et in aut. si dicat. C. de testi. Dicit tn̄ Bal. in consi. suo. ccliiij. incip. casus sup quo ꝛc. in. ij. col. in. j. vo. ꝙ cōfessio facta in ar. mor. valet qꝛ nō est p̄sumendū ꝙ tunc ipse mentiat. pro quo facit glo. singu. in. l. j. in glo. fi. circa me. C. de fal. cā adiecta leg. q dicit ꝙ cōfitens in articulo mortis habuisse ꝛ recepisse non pōt postea opponere except. non nu. pe. de q lati⁹ dixi i repe. mea. l. fin. C. de ꝓba. in. lxiij.
7 car. vbi videas. ¶ † Et scias ꝙ iste tex. ꝯiura supra allegata volētia ꝙ inimic⁹ nō sit iterrogād⁹ nec examinād⁹ cōtra inimicū sunt restringēda ꝛ itelligēda hēc locū dūtaxat i inimico capitali. nā sec⁹ est in inimico nō capitali: qꝛ talis inimicus admittit lʒ sibi minus fidei adhibeat: ita no. Inno. in. d. c. cuʒ oporteat. ꝛ do. i. d. aut. si dicat. ꝛ i alijs iurib⁹ supra alleg. Et rationeʒ allegāt doc. in. d. iuribus: maxime Salic. in. d. aut. si dicat. vcʒ qꝛ pro leui inimicitia ꝛ facili qs nō ita p̄sumit mētiri sicut pro graui. ita notat in aut. de teste. i. §. si vero quis dicat. in. l. lʒ supra. de arbi.
8 ¶ † Sʒ iuxta p̄dicta q̄ro pro intelligentia hui⁹ materie qs dicat inimicus. in quo dicas ꝙ plurib⁹ modis qs dr inimic⁹. Nā inimic⁹ tu⁹ dr ille q tibi non loquit. ita dicit glos. in. c. cū adrianus. lxiij. distin. quaʒ glo. ad hoc dixit singu. Barb. i. d. c. repellant. de ac. Qd tn̄ limita fm̄ eū ibi post alios qn̄ erat ꝯsuetus tibi loq: sec⁹ aūt i illo q nō erat cōsuet⁹ tibi loq. Itē dr etiā inimic⁹ ille q cohabitat cū inimicis. d. c. repellant. ꝛ
9 ibi doc. ¶ † Qd itellige de ꝯtinua seu lōga cohabitatiōe fm̄ doc. ibi sec⁹ de modica cohabitatione ꝑ id qd hr̄ in. l. lʒ. §. in factū act. ff. nau. caup. ꝛ stabu.
10 ¶ † Itē dr inimic⁹ nō solū ille q nocet sʒ et ille q noceret si posset fm̄ Barb. i d. c. repellant. q allegat ad hoc Bal. in aut. si dicat. C. de testi. qd et expssius dicit Bal. quē ipse Barb. nō vidit i. l. j. circa fi. C. si q̄cunqꝫ p̄di. ptāte. vbi dt ꝙ h̄ dt gl. aurea fm̄ eū i. l. athlete. §. dat remissionē. ff. de excu. tu. ꝛ eū refert ꝛ seqtur Io. de ana. i. d. c. cū oporteat. in. ij. co. de acc. itē dr etiā inimic⁹ ille q fecit parētelā vel cōfederationē cū inimico ꝛ ꝓpt hoc ꝑdit feudū vasall⁹ fm̄ Bart. ꝛ doc. i. d. c. repellant. q ad hoc allegāt l. liberi. C. de inoffi. test. ꝛ ibi hoc voluit Bal. ꝛ habet in. l. j. §. cū patronus. ff. de offi. p̄fec. vrb. ꝛ ibi ꝑ gl. in. c. j. que fuit p̄mia causa benefi. amit. in ver. porro absoluerit. ꝛ per tex. in. c. j. ꝑ quos testes probent ingrati. vas. pro qbus facit glo. in. c. si inimic⁹. xciij. dist. in ver. nolite. q hoc voluit. Et ideo dixit Bal.

in cōmēto.l.j.in.xl.q.§.de rerū diui.qd si vasallus facit parētelā vel cōfederationē cū inimico dñi qd dicit proditor.
11 ¶†Que oia tñ dicta limita ⁊ restringe nisi vasallus faceret ligā parētelaz seu cōfederationē cū inimico dñi coacte ⁊ nō sponte vel volūtarie:qꝛ tūc nō diceret inimic⁹ nec ꝓditoꝛ dñi nec ꝑdit feudū.ita dt Bald.in.c. in qb⁹ mo. feu.amit.vel qb⁹ cau.feu.amit.in vlti. col.Et facit rō.nā ea q̄ fiunt ꝯ volūtatē faciētis nō imputātur ipsi faciēti.c. j.ij.⁊.iij.⁊ i.c ita ne.xxxij.q.v.⁊.c. pſbyteros.l di.⁊.c.j.in.xv.q.vj.⁊ optime ꝓbat text.in.l.cura.in ṽbo nec si p vim.
12 ff.de mu.⁊ hono.¶†Pro quib⁹ facit dictum Bald.i.l.eā quā.in.viij. col.C. de fideicō.vbi dixit ꝙ si tyrānus hꝫ rē cuz aliqua muliere p vim qd fili⁹ inde natus nō dr spurius quo ad matrem. Et idē dt idez Bald.in.l.si qua illustris.in
13 ver.quid si mater.C.ad orficia. ¶†Et dictū Abb.in.c.cū.p. in fi. de accu.vbi dicit qd ille q̄ testificat ꝯ me in cā criminali p̄sumit mihi inimic⁹ p text. ibi ⁊ voluit Alex.i.l.testib⁹.ff.de test. hoc tñ fallit nisi fuerit coactus a iudice qꝛ tunc non diceretur inimicus.qd dictū
14 fuit Host.i.c.minimus.de accu.¶†Et facit ēt qd dixit Bar.in.l.post legatuz. in.§.his ṽbo.in fi.his ṽbis.ff.de qb⁹ vt indi.vbi dicit qd stante statuto ꝙ quicūqꝫ p̄buerit auxiliū bānito puniatur certa pena mō aliqs testificat⁹ est pro bānito an debeat puniri ⁊ dicit distinguendū esse vꝫ qd aut hoc fecit sponte aut coacte:si sponte punit:si coacte
15 nō punit.¶†Et adduci pōt not.ṽbuz Ang.in.l.j.§.remouet.ff.d posthu. vbi dicit qd spōsa violēter cognita a sponso pōt ingredi monasteriū eo inuito sicut antea poterat:lꝫ ꝯtrariū dixerit Bal.
16 in.c.pe.in vlti.col.extra de test.¶†Et dicit Lu.ro.in consi.suo.cclij.incip.pro decisione ⁊c.in fi.quod veniens cōtra immunitatē sibi cōcessam non perdit eaz si ei cōtrauenit coacte secus si spōte:ad quod allegat.d.l.cura.versi. nec si per vim.ff.de mune.⁊ hono.pro quo facit glos.in.l.j.C.in quibus cau. colo.
17 censi.lib.xj.¶†Et dicit Jo.de ana. in c.iij.in.ij.colū.extra de fur. qd si virgo inuita cognoscat nō perdit virginitatem immo eā auget.alle.ad hoc text.i d.c.j.xxxij.q.v.vbi tex.ponit dictū beate lucie q̄ dixit Pascasio si feceris me inuitā violari castitas mihi duplicabit ad coronam.pro quo facit tex.in.c.ita ne.xxxij.q.v.vbi dicit qd virgo censetur cuius anim⁹ nō est corruptus lꝫ corp⁹ sit.⁊ facit not.cōsiliū Abb.iiij.incip. fa-
18 cti ꝯtigētia ⁊c.quē vide. ¶†Et faciūt q̄ voluit Host.in.c. sup eo. de vsu.⁊ ibi doc.vbi dr qd xp̄iani q̄ recipiunt pecuniam sub vsuris a iudeis lꝫ sint cā qd ipsi iudei cōmittant vsuras tñ ipsi non peccant:qꝛ hoc faciunt inuiti ⁊ contra ipsorū voluntatē.idē dt Arch.in.c.monet.xxij.q.j.et in.c.si quis vsurā.xxiiij. q.iiij.Pe.de anc.in cle.j.de vsu.⁊ Joā. de imo.i.c.debitores. extra de iureiu. ita etiā tenet.d.Alex.referēs p̄dictos doc.in consi.suo.j.in.ij.col.in.ij.volu.⁊ in eo.vol.in cōsi.cvij.in.ij.col.⁊ idez firmat Jo.de ana.in.d.c.sup eo.in.ij.col.
19 extra de vsu.¶†Et facit not. verbum Bal.in aut.itē nulla cōitas.C.de epi.⁊ cle.in fi.vbi dicit ꝙ si statuto cauetur qd bānitus a ciuitate Bononie si veniat ad ipsam ciuitatē debeat decapitari nō hꝫ locū in bānito qui fuit capt⁹ mutine ⁊ p vim fuit duct⁹ hic Bononie ⁊c.pro quibus faciunt ēt dicta p Jo.de ana.in.c.excōicatiōi.i anpe.co.de rap. ⁊ p Oldr.in cōsi.suo.xxxv.incip.factum tale est ⁊c.qdā Joānes.⁊ faciūt etiam dicta p Bal.sup statutis.in ṽsi.affines.
